Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36490
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quibus iustus sim. & in quibus sermonibus condempnandus. Quod aut in sermonibus facit. hoc idem facere in gestis. Necesse enim ut sint alia facta in quibus iustificemur. & alia in quibus condempnemur. Neque enim sic perfecti sumus ut omnia habeamus facta in quibus iustus existam. neque sic peccator ut talia cuncta fecerim. quae me omni ex parte condempnent. Esse autem & alia facta istius modi. & alia istius modi. ex hoc manifestum est quod dicit. Quorum dam hominum peccata manifesta sunt. praecedentia ad iudicium. quaedam autem subsecuntur. similiter autem & bona facta manifesta sunt. quae se aliter habent latere non possunt. Eque de intellectibus. ipse quod & intimis in mentis cogitationum accusantium. sive satisfacientium. Iudicium me expectat de omnibus quae facio. quae loquor. quae intelligo. & in cetris opinor. quid nam in illo iudicio sit futurum. Quanto quoque magis timor dei incutit. ad recipienda cuncta quae feci. tanto magis custodire me debeo. ab omnibus quae dicere pecci. sin autem hoc non possum. saltem a maximis. Haec de eo quod proposuimus. quae phant de corde suo. ad quos dicit. audite sermonem domini. Haec dicit dominus adonay. Ve eis qui phant de corde suo. qui ambulant post spiritum suum. Duo peccata. unum cordis. & aliud spiritus. Primum de meliori parte videamus ut possimus. & ea quae ostiatim considerare. Apostolus loquitur. Orabo spiritu. orabo et sensu. Qui sensum habet in corde habitaculum. Psallam spiritu. psallam et sensu. Gratia & spiritus et sensus in nobis. quoniam sicut orat spiritu. orat & sensu. psalsit spiritu. psallit et sensu. sic iste qui est falsus propheta de corde propheta & ambulat non post spiritum dei. sed post suum spiritum. Est quippe quidam spiritus hominis qui utitur in eo. propterea peccul absit. ut ego ambulem. sed intelligens spiritum sanctum dei. post dominum nostrum iesum meum ambulabo. Iniquitates phe qui phant de corde. & ambulant post spiritum. non tamen dicit aut suum omnino quod graece dicit. non videntur. & est ambigua ex sermone sententia. sive enim ea quae sunt genealia non videntur. licet quedam ex parte conspiciant. sive quod ego melius reor. omnino non videntur. licet sibi videantur ex parte quedam videre. Dum quippe in nobis oculus sit. meliores